



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XIX. Explicantur vndecim animi morbi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

omnibus anteibat: tertius ad fortitudinem sapientiam quoque, sanctitatem, & pietatem plane singularem adiunxerat. Hæc de vulneribus.

CA P. XIX.

Explicantur undecim animi morbi.

DE morbis quoque animi aliquid dicendum est: quorum primum locum sibi facile vendicat inconstantia quædam, instabilitas, & mollities animi, qua fit ut non possit quisquam diu in rebus arduis constans persistere: iam vult, iam non vult; vna eademque voluntas perpetua pugna ac contentione discinditur. Res ceteræ, siue superiores, ut Angeli: siue inferiores, ut pecudes: semper idem volunt aut nolunt: persequuntur bonum, malum fugiunt: homines vero rem eandem modo volunt, modo nolunt: modo neque plane volunt, neque plane nolunt. Placet adulterium, dicit incontinens: sed nolo, quia lex prohibet. Neque solum pars inferior cum superiore, sed superior secum ipsa confligit. Vnde hoc monstrum, ait Augustinus, & quare istud? Luceat misericordia tua, & interrogem, si forte mihi respondere possint latebra peccatorum hominum, & tenebrosissima contritiones filiorum Adam, vnde hoc monstrum, & quare istud. Imperat animus corpori, & paretur statim: imperat animus sibi, & resistitur item: Ego cum deliberabam vtrum seruire Domino Deo meo, sicut dicitur

i.
Inconstan-
tia.

L. s. Con-
fes. c. 9.

cap. 10.

2. *disposueram, ego eram qui volebam, ego qui volebam*
Mortalitas ego ego eram. Nec plene volebam? nec plene volebam
corporis. ideo mecum contendebam, & dissipabar à meipso.
ipsa dissipatio me inuito quidem fiebat nec tamen
debat naturam mentis aliena, sed pœnam meam.
 19. *Ægritudo animi altera est ipsa corporis*
stri mortalitas, quæ hebetat sensus, frangit
mi robur, auocat à custodia & vigilantia,
vt animo non possimus semper æque excu-
Sap. 9. re: Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animi
& terrena inhabitatio deprimat sensum multa
tantem: Grauedinis huius causæ duæ assigna-
tur: altera, corporis mortalitas ac corruptio
quæ etsi in fine ipso terminetur, omni hora
men ac momento fit: serpitq; sensim, sicut flamma
oleum consumit: & dum lucet, se ipsam con-
ficat. Altera causa, intima corporis animique
conlocatio, quæ multas vtriusque partis cogi-
tationes ingerit. Hæ grauant ac deprimunt
animum, & ad peccati lapsum inclinant multa
solicitationibus; ex quibus cum sese voluntate
extricare non valeat, oppressa pondus sequitur
Compositio hæc ac coniugatio corporis & ani-
mi nobilis est quidem, sed contagiosa: vicinæ
mirum sunt partes. Harum altera alteri malum
suum communicat: animus infirmus & lan-
guens, corpus infirmum ac languidum facit: &
corpus affectum, afficit animum ac debilitat
Accedit, hominem ex nihilo procreatum esse
Quid nihilo infirmitus? abyssus infirmitatis est,
tendit & ducit ad mortem, redit in se, resolu-
Psal. 42. tur in nihilum. Abyssus abyssum inuocat. Corpus
mor-

qui nolo... morte ac corruptione, animus peccato, quo ni-
 ene nolo... bilianus, dissoluitur. Nihil ergo mirum, si a-
 me ipso... nimus ex coniunctone morientis assidue cor-
 tamen... poris morbum contrahat, & in peccatum pro-
 n mea... pendeat.

corporis... 20. Grauis etiam morbus est fastidium quod-
 frangit... dam proprii status: magnum enim argumen-
 antia, fa... tum est corruptionis voluntatis humanæ, quod
 ue excu... nemo forte sua contētus viuat, sed laudet diuer-
 uat anim... sa sequentes. Id enim signum est ægritudinis ma-
 multa... nifestæ. Ceteræ namque res si habeant quæ na-
 æ affig... tura ipsarum requirit, facile acquiescunt, neque
 corrupti... mutationem ullam expetunt: ægotantium ve-
 ni hora... ro proprium est, nunc vnum, nunc alterum
 sicut fla... lle fastidire cibos, lectum; modo huc, modo
 ipsam co... hac impatienter se conuertere. Nos, inquit san-
 animiq... ctus Gregorius, nati in huius peregrinationis arum
 artis cog... na, huc fastidiosi iam venimus, nescimus quid deside-
 orimur... rare debeamus. & infra: Fastidio ergo nostro tabesci-
 ant mult... mus, & longa inedia peste fatigamur.

21. Alia ægritudo est febris quædam spiritua-
 sequit... lis, quæ certis temporibus recurret, et si sani sub
 ris & an... inde videamur & simus. Na est lapsus & re-
 vicinæ... lapsus in peccatum, quodque nemo sine pecca-
 ri malum... to possit viuere: & quidem nemo, nisi Dei gra-
 s & lan... tia renouetur, omnia peccata mortalia vitare
 n facit... potest: venialia vero nec renouatus quidem, ni-
 debilitat... si priuilegio singulari. Quare ita proprium ho-
 tum esse... minibus videtur esse peccatum, vt vulgo dici
 itatis est... solet, Humanum est peccare: vti se quidam ex-
 , resolu... culans,

Corpus... Peruasit nox, amor, vinum, adolescentia: Huma-
 mor... num est.

3.
Fastidium
proprii sta-
tus.

Hom. 36. in
Euang.

4.
Quod sine
peccato vi-
uere non
possimus.

— Nemo sine crimine uiuit. item

— Vitiis nemo sine nascitur: optimus ille est,
Qui minimis vrgetur. —

Simile,

Sicut ergo qui tertiana vel quartana labor
internum quendam ignem fouet, qui subter
tiam ipsam depascitur; redit certis temporibus
mutat & nonnumquam horam paroxysmum
preuenit vel sequitur quasi Euripus fluens
refluens; & miramur cur ita eueniat, cum
illis temporibus homo ceteroquin prope
nus sit, cibus sapiat, ambulet multaque ag
que ante pauculas horas non poterat: & tamen
ita sana mente & in abundantia nostra statulime
Non mouebor in eternum: Nemo me separabit a
ritate Christi, non tribulatio, non angustia, no gladi
confitemur, proponimus, constituimus, & pro
ne vouemus: vix locum deseruimus, omnino
contraria proposito verba, facta, desideria fusi
dimus, propositi immemores. Sunt & qui
crymis vberimis incontinentiam alludue
fas detestentur, velut ad illud numquam redit
ri. Durat hæc constantia breui tempore; & sape
miratur infirmus qui fiat, vt insania illa & sic
deat, & sic deprimat animum, quem inuictum
& infractum arbitrabatur. Magna hæc est vol
tatis ægritudo, vt, cum nemo peccare possit
si velit, & nihil magis sit in potestate homini
quam velle, tamen non possit semper bene vel
le, & per hoc absque omni peccato viuere.

Psal 29.
Rom. 8.

22. Infirmetas alia est, quæ ex consortio contagione quadam nascitur. Nec enim soli vitandi sunt qui peste laborant, sed & qui ipsi adesse solent, & in eodem domicilio commorantur: & mundus domus quædam est, quæ pestiferos multos continet: & nos in eadem domo commoramur, infectis conuiuimus, cum eisdem edimus, bibimus, & dormimus. Qui fiet ergo ut & aerem pestiferum non hauriamus, & magno periculo vita nostra spiritualis non laboret? ^{5.} *Mundi illa cebra.* ^{1. Io an. 2.} Idcirco monet nos D. Ioannes: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo. Quod si cui desit caritas Patris, ille sane admodum infirmus, imo mortuus est: Qui enim non diligit, manet in morte.* ^{1. Ioan. 3.} Et D. Iacobus, Adulteri, ait, *nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse saculi huius, inimicus Dei constituitur.* ^{Iac. 4.} Et D. Bernardus: *Periclitatur castitas in deliciis, humilitas in diuitiis, pietas in negotiis, veritas in multiloquio, caritas in saculo nequam: Fugite de medio Babylonis: fugite, & saluate animas vestras.* ^{De cõuers. ad clericos, c. 30.} Hæc ille.

23. Quid possint vero aliena consilia, (quia ^{6.} *Consilia praua.* ^{1. Nocent prauatis hominib.} *lius morbus est) norunt cum plurimi priuati homines, tum florentissimæ respUBLICÆ, quæ malignorum consiliis præcipites corruerunt. In priuatis permouendis valet in primis parentum auctoritas, & eo magis, quo cariores sunt: deinde magistrorum: deniq; familiarium. Illud autem supra modum mirandum est, non modo hebetes, ignaros, minimeque prudentes prauis*

uis consiliis decipi, sed & sapientes subinde
 gi ab homine imperito, ab illo pendere in
 nibus: & ne quidem errorem suum videre et
 tunc, cum in graues aliquot lapsus ignorantium
 consiliis inciderint. Sunt & nonnulli, qui ma-
 lius sapientis admittunt consilium, seipso
 diunt solos. Non est qui turpius peccet, quam
 qui sapientes sunt apud semetipsos: & me-
 sapientia iustificata est a filiis suis: putantes se esse
 pientes, stulti in operibus suis deprehenduntur.
 Congerunt opes, edificant palatia excitant ma-
 solea, testamenta scribunt, suo præclaro
 lum vsi iudicio; quæ cum à morte desiderantur
 carent executione, & effectum nullum fortin-
 tur. Morbus est, quo plerique mortalium la-
 borant. Vt enim halitus pestilens afflatu respici-
 ranti virus ingerit: sic & consiliarij prauis pestem
 animis & mortem afferunt. Idcirco Iob Deum
 rogabat: *Consilium impiorum longe sit à me.* Eo-
 rum enim os tetram exhalat mephitim: Sep-
 chrum enim patens est guttur eorum, linguis suis de-
 lose agunt, iudicet illos Deus. Idem accidit reipubli-
 cæ corporibus, cum Principes improborum aut
 adulantium linguis nimium tribuunt. Iudæo-
 rum consilium fuit contra religionem: *Ecce
 mus, & disponamus testamentum cum Gentibus, quod
 ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala.*
 Et bonus visus est sermo in oculis eorum. Ex hoc con-
 filio totius religionis euersio consecuta est. I-
 dem fuit consilium populi Israelitici apud Iere-
 miam, qui in persona Domini ei exprobrat
 graui obiurgatione cultum idolorum. *Sermo
 inquit*

*Luc. 7.
 Rom. 1.*

Simile.

*Iob. 21.
 Psal. 5.*

*2. Nocent
 rebus publi-
 cis.*

*1. Machab.
 1.*

Ierem. 44.

inquit (quem locutus es ad nos in nomine Domini,
non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne ver-
bum quod egredietur de ore, vt sacrificemus Reginae cae-
li, & libemus ei libamina. Ex quo consilio ruina in-
genti populus prolapsus, abductusque in capti-
uitatem, terraque eius hostibus tradita. Quid er-
go mirum, si in animo priuati hominis morbus
ex malo consilio enascatur, cum & regna, & pro-
uincia, & religio ipsa funditus à prauis consulo-
ribus impulsæ corruant, & orbis terrarum vni-
uersus infinitis calamitatibus conficiatur.

24. Huc accedit septimus morbus, alieno-
rum exemplorum, quæ vim suadendi habent *Exempla*
maximam, qui enim peccantes videt, in duos er- *malorum.*
rores labitur: primum namque aliter de ea tur-
pitudine, quam antea, iudicat: ipsa que deformi-
tas, peccatis vel nobilitate, vel scientiæ opinio-
ne, vel dignitate amicta, nouam formam omni-
no induit, aut certe magnam ex parte speciosiorē.
Alterum non minorem vim habet: cum enim
innocens animus arbitraretur fieri non posse,
vt homines rem adeo exosam atq; inuisam am-
plecterentur: summa vero facilitate, imo sum-
mo ardore ac studio in voluptates videat pro-
ruere: quod impossibile factum putabatur, id mo-
do & possibile & facile, & familiare, & vsitatum
& delectabile, & ad faciendum proponitur, &
quidē efficaciter, & immenso quodam pondere
auctoritate nempe viri principis, sapientis, mul-
titudinis. Plato non admittēbat in sua republica
Homeri libros, quod tales Deos ac Deas finge-
ret, quales nemo filios aut filias suas esse vellet:

O 5 nimi-

nimirum sceleribus multis obnoxios. Ideo quoque nos monet Moyses: *Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum quiesces sententia, ut à vero devies.* & Ecclesiasticus: *Qui se iungit fornicariis, erit nequam. Putredo & vermes hereditabunt illum, & extolletur in exemplum maius.*

Exod. 23.
Eccle. 19.

8.
Molesta
carnis in-
centiua.

25. Omitto carnificinam illam perpetuam (quæ octaua est infirmitas) quæ à carnis nostræ incentiuis exoritur, non modo in iis qui adhaerent peccatis seruiunt, sed etiam in iustificatis hominibus. Affligit iuuenes, insequitur aduultores viros ac sæpe decrepitos urget: non parcit inimicis: dies noctesque tela sua exacuit: sanctissimis operibus insistentes exagitat: orantes detremenda Mysteria adeuntes persequitur: à profanis locis sancta sanctorum non discernit: ingerit se impudenter seriis cogitationibus: ventis sensibus externis ad expugnandum animum formas rerum pulchriores obicit: ea quæ nobis in solatium data sunt, vertit in laqueum illecebris ciborum, vestium, opum, honorum, & quidquid mundus continet, languentem animum conatur allicere, tenere, atque inuoluere. Ecquis morbus grauior molestiorque iustis hominibus potest accidere? De hoc ita Augustinus: *Hanc pugnam non experiuntur in semetipsis, nisi bellatores virtutum, debellatoresque vitiorum. Non expugnat concupiscentiæ malum, nisi continentia bellum.* Si ergo infirmantur continentes & iusti, quid ni oppressi dicantur iniusti? vnde addit Augustinus: *Sunt autem qui legem Dei omnino non sciunt.*

L. de conti-
nent. c. 3.
tom. 4.

ientes, malas concupiscentias nec in hostibus deputant:
 usque miserabili cecitate seruietes, insuper etiam
 beatos se putant: satiando eas potius, quam domando.

Quod si huic necessitati naturali accesserit
 impotētia consuetudinis, quæ nona est ægritu-
 do, & ab Augustino secunda & quasi affabricata
 natura dicitur: quanta futura est calamitas! quis
 tyranni huic resister? Consuetudinis malo dif-
 ficilē resistitur: vnde ait S. Augustinus: Vehemen-
 tius vidua quā virgo, vehementius meretrix, quādo casta
 esse voluerit, quā quæ sēper fuit casta, consligit: & tan-
 to amplius in eo superanda voluntas laborat, quanto ei
 maiores vires consuetudo dedit. Nō ergo Iob imme-

rito queritur: *Circūdedit me lanceis suis.* Heu quot
 telis tota hominis anima transfixa est! Conuulne-
 ruit lumbos meos. Quibus medicinam adhibens
 Dominus ait: *Sint lumbi vestri praecincti.* & perire
 quidēnam luxurię libidinisque sagittis confixi,
 malagmate ac fomēro castitatis indigebant. Ad-
 dit Iob: *Non pepercit, & effudit in terrā viscera mea.*
 Non pepercit sane cruentus hostis, iniurię diui-
 nę vindex: effudit rabiē suam, & post necē mil-
 le vulnera inflixit, fusaque sunt hominis viscera
 in terram, & oēm affectū, quem in Deum trans-
 ferre solebat, terrenis amoribus implicauit.

26. Decimus morb. est, q̄ traditi sumus in po-
 testatem principis tenebrarū, qui vel in paruulo
 tū corpora subinde impetū facit, eosq; misere
 vexat & cruciat: oīum vero mētes sollicitat, mil-
 lenocēdi vtēs artib. die noctuq; circuit, querens
 quē deuoret. Aggressor primos parētes, vndiq; et
 iā armatos vicit, primo q̄ dē & facili congressu,

9.
 Consuetudo impotēs.
 L. 6. Musi-
 ca c. 7. to-
 mo. 1.
 L. 6. contra
 Iul. c. 7. in
 press. antiq.
 vel. 8. edit.
 Plas.
 Iob. 16.
 Luc. 12.
 Iob. 16.
 10.
 Dæmonia
 insidia ac
 impugna-
 tiones
 1. Pet. 5.
 Gen. 3.
 1. Par. 22
 Cor.

NON PEPERCIT
 EFFUDIT IN TERRA
 VISCERA MEA

*Consurrexerit satan contra Israel, & concitauit De-
 uid vt numeraret Israel. Quid? ipsum Dei Filium
 adorsus tertio forte vicisset, si vinci potuisset.
 Adfuit extremis Christi temporibus, & petiit vt
 Apostolos cribraret sicut triticum. Effecit aliter
 quid: sed Christus pro Petro rogauit, vt non de-
 ficeret fides eius: ipse tamen turpiter lapsus est
 omnesque discipuli contra fidem datam reli-
 Domino aufugerunt. Denique Apostolos, des-
 pingens nobis eius naturam, fortitudinem, in-
 dustriam, experientiam, *Induite, ait, vos armaturam
 Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam
 non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed
 aduersus principes & potestates, aduersus mundi res
 res tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia,
 caelestibus.* Nos caro sumus & sanguis, quibus ni-
 hil est infirmius: nam & caro transuerberari po-
 test, & sanguis fundi, & simul anima cum san-
 guine: non ita aduersarius: quia spiritus est im-
 mortalis. Singulis deinde nostrum pugnandum
 est, ac decertandum, hi infiniti sunt nequam spi-
 ritus. Nos solitarij & deserti: hi principes sunt,
 quibus multi obediunt & obsequuntur. Nos
 imbecilles: illi potestates. Nos priuati: illi re-
 ctiores. Videtes nos expugnant: & quia tenebra-
 rum rectores a nobis in tenebris absconditi vi-
 deri non possant. Nos corporales ac palpabiles:
 illi carent corpore, vt tangi non queant, nec la-
 di. Nos simplices ouiculae: illi ex omni nequitia
 ac malitiae genere coflati. Nos in terra versamur,
 nec fugae locus relinquitur: illi in caelestibus,
 in aere absconditi auolant. Nos inferne dete-
 riori*

Ephes. 6.

*Antithesis
pulchra.*

riori ad pugnandum loco constitui: illi supra nos, capitibus nostris imminet. Nos, qua forma nobis pugnandum sit, ignoramus: illi & comminus & eminus pugnant: nec à nobis vel comminus vel eminus peti possunt, quia alcius abscedunt; quam ut balistis vel tormentis tangi valeant; & quidquid cadit ex eorum manibus, in caput nostrum certo deuoluitur. Genus hoc morbi crudelissimum est: nec curari sanarique potest, donec vestem hanc carneam exuerimus, & similes simus Angelis Dei, qui in cœlis habitant. Interea tamen quis euadet?

27. Quod si his cibus accedat ultimo loco inordinata quædam affectio, quæ ex varia corporum inordinate ac complexione nascitur quæ fiet ut tam importunis urgentibusque tentationibus & illusionibus resistat homuncio?

Initio Ordinis B. Francisci Ruffinus quidam, insignis nobilitate, sed nobilior virtute ac Religione, impugnatus grauer animo est de sua prædestinatione: suggerente cacodæmone, ipsum nepe ad beatorum sedes destinatum non esse, frustratione Religionis officiis insistere. Durauit oppugnatio hæc diebus pluribus, quibus mœrore ac tristitia absorptus, propemodum victus est: pugnam nihilominus suam B. Francisco detegere ausus non est: orationes tamē cōsuetas minime intermittebat. Auxit tristitiā pæneque prostravit diffidentem animū dæmō, obiecta specie Christi Domini in cruce defixi, atque dicentis: Quid, Ruffine, te minime inter beatos destinatum pœnis precibusque frustra conficis? Mihi utique, non filio Petri Ber-

Marc. 12.

II.

Inordinata affectio-
nes nata
ex corporum
intemperie,
Ruffini
Franciscani
tentatio
grauis de
prædestina-
tione.
S. Antoni-
nus parte 3
tit. 24. c. 7.

Bernardonis, in hac re credendum est: quamquam quid opus est ut super hoc negotio incertum illius exquiras? ego enim sum Dei filius, ego scio quos elegerim. Ipse Franciscus, tu quicumque eum sequuntur, ad æternas penas damnati sunt. Abiit Pseudo Christus, relictis gentibus tenebris in animo Ruffini magnam à Francisco alienatione: quem ideo celare omnia constituit. Sed cuncta, Spiritu S. auctore, dicit Franciscus: qui, misso Fratre Masleo, Ruffinum accersit ad se. At Ruffinus Quod mirum quid, & Fratri Francisco? Masleus, vir Deo ple maligni spiritus dolos agnoscens, benigne Ruffinum increpat, Francisci merita, sanctitatem beneficiaque sibi ac mundo collata exaggerat tandem expugnauit Ruffinum, & secum adduxit. Quæ eminus conspicatus Franciscus, O Ruffine, inquit, cui credidisti? Et seriem tentationum coram retexens, monuit ne suggestionibus impij cacodæmonis in posterum aurem præteriret, dictisue nefariis acquiesceret. Christum esse non posse, qui animum ab omni bono opere auocaret, qui ad desperationem prouocaret: confiteretur ergo peccatum suum, nihil de orationis bonorumque operum studio remitteret, sed re ut molestia hæc in consolationem vertetur. Ruffinus, videns & arcanas mentis cogitationes & dæmonis præstigias detectas, resolutus in lachrymas, perniciosi silentij à se peccata exposcit: demum, confirmatus animo, ad syluam iuxta Assisium, vbi Cœnobiolum rerum diuinarum commentationi opportunum erat, rediit. Oratio

lachry

lachrymarum imbre perfuso, pseudo Christus inter-
 tum adfuit, dicens: Quid proderunt, Ruffine
 lachrymæ ac gemitus? quid pœnæ quibus te
 crucias? Credis filio Bernardonis, qui ab æternis
 flammis te non eripiet. Cui Ruffinus Aperi, in-
 quit os tuum: & quamquam te Christum de-
 prædices, ausim in verbo Francisci fæces meas
 in illud iniicere. Indignabundus dæmon dispa-
 ruit quidem, sed montem lapideum instar tem-
 pestatis eleuauit, lapidumque sese collidentium
 atque ignem inuicem excitantium tam horribi-
 li fragore deronuit, vt B. Franciscus cū sociis ad-
 mirabundus ad prodigium conspiciendum cō-
 curreret. Hic Ruffinus demum manifeste ad-
 uertit se ab hoste deceptum fuisse, reditque se-
 cundo ad Franciscum cum pudore: humiq; pro-
 stratus, & culpam fassus, solatio plenus à Fran-
 cisco est remissus, ac quietus demum remansit.
 Quodam die, dum orans maderet lachrymis,
 adfuit Christus Dominus, eiusque animum mi-
 ro liquefecit amore, & adiunxit: Benefecisti, fili,
 qui Francisco credidisti. Tibi Magister & Domi-
 nus tuus apparere volui: & hoc signum tibi e-
 rit, quia nunquam de cæteris tristis eris. Et be-
 ne dixit illi, tanta dulcedine spiritus perfuso, mē-
 tisq; eleuatione adeo absorpto, vt die nocteque
 illa, ad cœlestia raptus, sui compos minime esse
 videretur. Benedictioni respondit euentus: eam
 enim sanctitatem, vitæ innocentiam, & res di-
 uinas contemplandi assiduitatem assecutus est,
 vt B. Franciscus de eo diceret, ipsum beatorum
 albo, etsi viatorem, adscriptum esse.

28. Ex his facile colligi potest, quid possit homo viribus suis relictus, præsertim post casum spoliationem; quatuor vulnera præcipuis animæ potentiis inflicta, animo denique toto morborum telis confixo. Denique, omnia illa, si per Mediatoris gratiam non sanentur, omnia perfectionem excludere, satis superque probatum esse videtur.

C A P. XX.

*Gratia Mediatoris IESU Christi hominis vulnera morbosque restaurari, & ipsum PERFECTI-
NIS studio aptum idoneū-
que postliminio
reddi.*

Luc. 10.

Lib. 5. Hypognost. contra Pelag. c. 8. tomo.

7.

Psal. 16.

Infirmitatem vidimus; quæramus medicum: Consideratis vulneribus, iisdemque lætalibus, mortuum vel seminecem iudicavimus; quæramus saluatorem. Relictus est solus, prostratus præterit Sacerdos, nihil ei profuit; Leuita que eum prætermisit incurius: quid enim ageret? nec Lex, nec Prophetæ (ut exponit Augustinus) mortuum excitare poterunt ac sanare. Quæramus ergo Samaritanum, cuius salus hominis cordi sit, qui vigilet, & ad quem longo tempore clamatum est: *Custodi me, Domine, ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protegere me.* Salutem enim nostram vni Christo IESU, Dei Filio, acceptam debemus.